

Universitätsbibliothek Paderborn

Unius Necessarii pars ...

Ubi agitur De Cognitione Dei - Quanti nimirum momenti illa fit, & quibus
praesidiis obtineri ab unoqueque hominum possit

Rogacci, Benedetto

Pragae, 1721

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54487](#)



Præfatio.

Ntibi, amice Lector, primam partem operis; cuius materiâ certè nihil esse fructuosius, & majoris potest momenti: ut proinde hujus meriti commendatione, quod ex altitudine sua obscuritatis habet plusquam excusare, & compensare valeat. Neque offendit quemquam par est, quod, nonnulla ejus mysteria probaturus, argumentis utarè schola petitis, minùsque ad vulgi captum appositis. Nam cùm magis ob-

X 3

via

via in promptu non essent , iis
sanè utendum mihi erat , vel
nullis : nulla verò afferre alien-
um videbatur à communi scri-
ptorum officio. Hi siquidem ,
quod de se profitetur magnus
Gentium Doctor , *Sapientibus* ,
& insipientibus debitores sunt :
ac propterea , ceu deessent suo
muneri , si , primis placituri , mi-
nùs se accommodarent posteri-
orum imbecillitati ; ità neque
idem satìs implerent , si , horum
respectu , nulla in re illis gratifi-
candum putarent. Cùm ita-
que rationali hominum naturæ
perjucundum accidat , rerum ,
quas proponi sibi audit , præ-
cipue ubi paulò abstrusiores ex-
sunt ,

funt, rationes accipere; exige-
bat profecto, quod suscepit, scri-
ptoris munus, nè hac ego ho-
nestissima voluptate intelligen-
tiores Lectorum fraudarem: sed
veritatum omnibus promiscuè
congruentium pabulo aliquod
itidem necessiarum probatio-
num condimentum, quo capa-
ciores tenerentur, adjungerem.
Præsertim verò quodd, si hæ ru-
diorum intelligentiam vel omni-
no effugissent, nihil tamen iis
indè provenire incommodi po-
terat: in eadem remansuris ni-
mirum, qua pridem laborabant,
inscitia: plenissimamque insu-
per libertatem retinentibus,
quidquid in libro è re sua minùs

) (4 sit,

fit, aliis, quibus usui, & oble-
ctamento esse potest, usquequa-
que intactum relinquendi. Næ
morosum plus nimio, & diffi-
cilem ferri se prodit, qui ad
convivium una cum complu-
ribus aliis vocatus queritur,
illius copiam ultra capacitatem,
& vires sui stomachi esse. Si
nihil ei deest, cur supereesse ali-
quid in aliorum opportunita-
tem nolit? si nequaquam ipsi
uni structum est epulum; cur
unus esse illius norma, & mo-
dus debeat? Sumat, quod sibi
arridet, quodque ad suam va-
letudinem facit: & reliquo fer-
culorum paratu diversi gustus,
& vegetioris appetentiæ socios
frui

frui finat. Cæterū nolim ,
credas, quæsitam DEI scienti-
am in hisce contineri paginis ,
non secūs ac gemmam suo in
scriniolo , inque sua pretiosum
liquorem ampulla: adèò ut has
perlegere idem sit, atque illam
plenè exhauire. Si res ità se
haberet; ô fortunatum, nullō-
que non superiorem pretio me-
um librum ! sed inæstimabilis
adèò thesaurus nequit esse hu-
mani partus laboris: nec aliud
meus facit liber, nisi common-
strare, ubi, & quo tramite nan-
cisci tantum bonum fas sit. Ex-
cipe illum igitur, non quasi ha-
biturus in ejus doctrinis , sed
quasi earum indicio reperturus

(5 quæ-

quæsitam summi Veri, ac Boni
scientiam: neque ideo sat̄is ti-
bi fore ad cælestis hujusce the-
sauri acquisitionem existimans,
si, quæ h̄ic proponuntur, illius
assequendi rationes accuratè per-
legeris; sed omni potiùs studio
iis uti contendens. Hoc enim
operosum, & solers studium n̄i
accedat; illas didicisse, & in nu-
merato habere nihilo ad D E I
cognitionem tibi proderit ma-
ḡis, quām ad intelligendum
quemcunque terminum pro-
fit mera, & deses viæ illuc du-
centis notitia.



I N-